Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30429
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



consentiens. Si vero consistit in faciendo, hoc
est dupliciter: vel in actibus corporis vel in actibus
animi. Si in actibus corporis, hoc triplex: vel ex
parte virtutis nutritive, sic est gula; vel ve
getative quantum ad opus carnis, sic est luxuria
corporis; vel sensitive, sic est delectatio mun
dialis, que appellatur luxuria animi, unde
lectatione rerum sensibilium. Si vero est a parte animi,
hoc est triplex: vel in rationali, sic est superbia; vel
in irascibili, sic est ira; vel in concupiscibili, sic est
avaricia. De hiis omnibus specialiter debet
penitens vere conteri, et maxime quibus aliquis mor
taliter detentus fuit. Dicitur autem pec
catum tunc mortale quando post cogitationem
et delectationem et consensum intus procedit
in opus exterius vel vult procedere si non impedi
retur, et si [illegible], et hoc proprie in hiis peccatis
que divina lege prohibita sunt, et dicitur tunc mor
tale quia obligat ad penam mortis eterne.
Veniale autem dicitur quando non procedit in opus
sed freno rationis restringitur. Hoc [illegible]
licet morosa delectatio in cogitatione
sola est valde periculosa, sit quia delectatio
suum specialem consensum habet, ita quod alius
est consensus delectationis, quo delectationem ipsam
perficit operi, et alius est consensus ipsius operis,
quia delectatio secundum philosophum in iii Topicorum
habet aliquam rationem finis, et actus sunt ita scilicet
quod qui delectantur nunquam volunt semper delectari
quam quievisse delectari, cum in aliis finis
sit potius egisse quam agere. Cogitatione
vero sola et primo motu delectationis, quando non
sequitur cognitionem, non contrahitur peccatum, quia ut
dicit Augustinus, primi motus liberi arbitrii non
sunt in potestate nostra, et secundum Bernardum: omnis co
gitatio quando venit in munda mente non polluit
cum ratio non assentit. Confessio vero debet
esse spontanea sine coactione, humilis sine
iactatione, obediens sine contradictione, vera
sine fictione, nuda et apta sine palli
atione, integra sine divisione vel diminutione,
et firma ac sincera sine titubatione.
Item amara cum cordis contritione, festina
propter consequendum meritum, frequens propter evitan
dum periculum. Primo debet esse spontanea sine
coactione, ita scilicet ut preter debitum necessita

tis sollempnium dierum vel celebrationis missarum
fiat et privatis et aliis temporibus motu proprie
voluntatis. Et hoc ideo quia peccatum quod numquam com
mittitur nisi mala voluntate, et numquam
deletur nisi bona voluntate cum proventu
gratie. Item voluntarie sacrificabo tibi. Item
humilis sine iactatione, ut scilicet confitens
erubescat in se ipso de confessis et de confite
ndo, ut ex hoc appareat detestatio peccati. Apostolus:
Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus
nunc erubescitis. Multi enim obstinati con
fitentur non dolendo sed gloriando de peccatis
propriis. Gloriantur cum malefecerint et exul
tant in rebus pessimis. Item obediens sine
ampliorem vel maiorem sibi imponendam pe
tat quam sicut discretus sacerdos fuerit ar
bitratus, quia hoc est error et contemptus clavium
ecclesie, ut cum omnes pene sint arbitrarie
pro eo quod pro mortali peccato nulla pena satis
facere potest ex sui qualitate vel quantitate sed
ex clavium potestate sacramenti virtute que in
dicatur super meritum Christi et ecclesie. Item vera sine
fictione, ut videlicet accedat non fictus.
Fictus autem est ille qui de sacramento ali
ud sentit quam ecclesia sentiat, vel in ipsius
receptione aliud intendit quam intendat ecclesia.
Tales enim recipiunt sacramentum et non rem
sacramenti. Et secundum quosdam in prime sacra
mento sufficit contritio aliqualis cum inten
tione dandi et recipiendi id quod dat et re
cipit ecclesia in hoc sacramento. Ad hoc ut ef
fectus ipsius habeatur, non requiritur in tanto
alia in penitente. Item nuda et apta sine
palliatione, ut scilicet exprimantur omnes circum
stancie peccati, scilicet quid fecit, quare, ubi, quando,
quociens, cum quo vel cum quibus, et hoc ideo quia circum
stancie aggravant peccatum, ita ut unum et
idem peccatum sit maius vel minus ex circumstanciis,
immo veniale fit mortale ex circumstanciis.
Verum tamen non debet descendere usque ad parti
cularia, id est usque ad nomina eorum cum quibus pecca
vit vel propter quos vel in quibus, vel in tantum expri
mere circumstancias ut ex eis nota sit per
sona, quia non esset confessio sed proditio. Et hoc si
fieri potest salva veritate confessionis et integ
ritate. Si vero non potest fieri absque diminutione

contradictione ut scilicet p[illegible]
sitam vel imponendam
tulerit nec etiam a

ut quis videt et non c[illegible]
satis esse penam imp[illegible]
a sacerdote discret[illegible]